

V d.  
1271



1. 48)



40

Vd  
1271

Handwritten text in Gothic script, possibly a title or header, with a decorative initial.

Handwritten text in Gothic script, likely a section of the main text.

Handwritten text in Gothic script, including a date: "am 21. Septembris".



Handwritten text at the bottom of the page, possibly a signature or a note.

R. 21.



# Friedens = Schluß

Zwischen  
Ihro Ihro Kön. Kön. Majest. Majest.  
in Schweden und Pohlen

an einem /

Wie auch

Ihro Königl. Majestät und Chur-  
Fürstl. Durchl. zu Sachsen/  
am andern Theil getroffen

in dem Dorff Alt-Ranstadt / bey Leipzig / den 14 Septembris

Anno 1706.



Aus dem Lateinischen ins Teutsche übersezt.

ANNO 1707.

5.

# INSTRUMENTUM PACIS

inter

SACRAS REGIAS MAJESTATES  
SVECIÆ & POLONIÆ

ab una,

&

SACRAM REGIAM MAJESTATEM

ac

ELECTORALEM SERENITATEM  
SAXONIÆ

ab altera parte,

CONCLUSÆ

in Pago Alt-Ranfteda, prope Lipsiam,

Die 14<sup>ta</sup> Mensis Septembris M DCC VI.

---

LIPSIÆ, Apud Joh. Theodorum Boërium.

ANNO 1707.

21.


# INSTRUMENTUM PACIS

inter

SACRAS REGIAS MAJESTATES  
SVEVICÆ & POLONICÆ

ab una,

SACRAM REGIAM MAJESTATEM



ELECTORALIS MAJESTATEM

CONCLUSE

in Pago Als Ruffschda, propelsigam,

Die 17. Mensis Septemberis M DCC VI.

LIPSIÆ, Apud Joh. Theodorum Böhmum.

Anno 1707





INSTRUMENTUM  
PACIS

IN NOMINE SACRO-SANCTÆ  
TRINITATIS.

**C**um, Polonicum tenente  
Sceptum, Serenissimo ac Potentissimo Principe ac Domino, Dno. FRIDERICO AUGUSTO, Rege ac Electore Saxonie, grave ortum esset bellum, quod, anno jam septimo continuatum, non modo Regna Svecie ac Polonie, sed etiam Electoratum Saxonie, variis molestiis, turbis & incommodis cumulaverat: secuta est interim ea rerum commutatio, ut Respublica Polona, in partes scissa, Serenissimum ac Potentissimum Principem ac Dominum, Dnum. STANISLAUM Primum, Regem sibi eligeret, adque solium Ejusdem tuendum, eum Serenissimo ac Potentissimo Principe ac Domino, Dno. CAROLO XII. Rege Svecie, societatem iniret. Quo facto, quamvis accensa belli flamma vehementius exardescere, latiusque se diffundere videretur, singulari tamen DEI bonitate accidit, ut belligerantes Principes ac Reges serium pacis desiderium animis conciperent, atque ad restinguendum funestum hujus belli incendium paria studia & vota adferrent.

Friedens-Schluss.

Im Nahmen der allerheiligsten  
Dreyfaltigkeit!

**N**achdem / als der Durchlauchtigste und Großmächtigste Fürst und Herr / Herr FRIDERICUS AUGUSTUS, König und Churfürst zu Sachsen/2c. den Pohlenischen Scepter führte / ein schwerer Krieg entstanden / auch da derselbe allbereit in das siebende Jahr fortgeführt / und durch solchen nicht nur die Königreiche Pohlen und Schweden / sondern auch das Churfürstenthum Sachsen mit allerhand Beschwerden / Trübsal und Ungemach überschwemmet worden / ist indessen eine solche Veränderung entstanden / daß die Republic Pohlen / weß sie in unterschiedliche Trennungen gerathen / den Durchl. und Großmächtigsten Fürsten und Herrn / Herrn STANISLAUM. dieses Nahmens den Ersten / zu ihrem König erwählet / und zu Beschützung dessen Königl. Ehrns / mit dem Durchl. und Großmächtigsten Fürsten und Herrn / Herrn CAROLO, dieses Nahmens dem XII. König in Schweden/2c.

Constituti igitur sunt, ac plena potestate muniti, qui operi tam salutari manus admovent, & quidem à Sacra Regia Majestate Sveciæ, tanquam S. R. M. Pol. federato Illustrissimi, Excellentissimi ac Nobilissimi viri, Dominus Comes *Carolus Piper*, Senator Regius, Supremus aulae Praefectus, Consiliarius Cancellariae Regiae & Academiae Upsalensis Cancellar. ut & Dominus *Olaus Hermelinus*, Secretarius Status; & à Sacra Regia Majest. Polon. federato Sacrae Regiae Majest. Sveciæ, Illustr. Excellentiss. ac Nobiliss. Dominus *Joh. Stanislaus* Comes Jablonovski, Palatinus & Generalis terrarum Russiæ, ut & Dominus *Alexander Paulus*, Comes *Sapieha*, Supremus Magni Ducatus Lithuaniae Marefcallus; à parte verò Sacrae Regiae Majest. & Electoralis Serenitatis, Illustr. Excellentiss. ac Nobiliss. Dominus *Antonius Albrechtus*, liber Baro de *Imhoff*, Consiliarius Intimus & Camerae Praeses, ut & Dominus *Georgius Ernestus Pfingsten*, Referendarius Intimus, qui in castris Svedicis congressi, tabulis plenae potentiae ritè commutatis, rem eò deducterunt, ut, favente Supremo Numine, diuoptata pax restitueretur, inque mutuas amicitiae leges consentiretur, tenore sequenti: Von Sr. Kön. Maj. und Churf. Durchl. zu Sachsen. Die Hoch- und Wohl-Edel-gebohrnen Herren / Herr Anton Albrecht, Freyherr von Imhoff / vero Geheimbder Rath und Cammer-Präsident, ingleichen Herr Georg Ernst Pfingsten / Deroselben Geheimbder Referendarius, ernennet / und allerseits mit gnugsamer Vollmacht versehen worden / welche denn in gesamt / nachdem sie in dem Königl. Schwedischen Lager zusammen kommen / ihre schriftliche Vollmachten gegen einander ausgewechselt / die Sache durch göttl. Gnade und Beystand dahin gebracht / daß der längst-gewünschte Friede wiederum herbey gestellet / und eine gemeinsame Freundschaft unter nachfolgenden Bedingungen gestiftet worden:

den. sich in Bündniß eingelassen / hat sich doch begeben / und ist durch sonderbare Gürtigkeit Gottes geschehen / daß / ob gleich die angezündete Kriegs-Flamme heftiger zu brennen / und sich immer weiter auszubreiten geschienen / dennoch die kriegenden Könige und Fürsten eine wahre Begierde des Friedens in ihren Herzen empfunden / und zu Dämpfung dieses trübseligen Kriegs-Feuers in gesamt allen sonderlichen Fleiß angewendet: Allermassen denn zu solchem Ende / und zu Beförderung dieses heilsamen Wercks gewisse Commissarii, nemlich: Von Sr. Kön. Maj. in Schweden / als Königl. Polnisch. Bunds-Genossen / der Hoch- und Wohlgebohrne Herr / Graf *Carolus Piper*, Kön. Geheimbder Rath / Obrister Marschall / und der Universität zu Upsal Canslar / ic. Wie auch Herr *Olaus Hermelin* / Königl. Staats-Secretarius und Cansley-Rath. Von Sr. Kön. Maj. in Polen / als Sr. Majest. in Schweden. ic. Bunds-Berwandten / die Hoch- und Wohlgebohrnen Herren / Herr *Johan. Stanislaus*, Graf von *Jablonowski*, Boywode und General derer Neussischen Landschafften. ic. Herr *Alexander Paulus*, Graf *Sapieha*, des Groß-Fürstenthums Litthauen Obrister Marschall: Von Sr. Kön. Maj. und Churf. Durchl. zu Sachsen. ic. die Hoch- und Wohl-Edel-gebohrnen Herren / Herr *Anton Albrecht*, Freyherr von *Imhoff* / vero Geheimbder Rath und Cammer-Präsident, ingleichen Herr *Georg Ernst Pfingsten* / Deroselben Geheimbder Referendarius, ernennet / und allerseits mit gnugsamer Vollmacht versehen worden / welche denn in gesamt / nachdem sie in dem Königl. Schwedischen Lager zusammen kommen / ihre schriftliche Vollmachten gegen einander ausgewechselt / die Sache durch göttl. Gnade und Beystand dahin gebracht / daß der längst-gewünschte Friede wiederum herbey gestellet / und eine gemeinsame Freundschaft unter nachfolgenden Bedingungen gestiftet worden:

Arti-



Articulus I.

Der Erste Artikel.

**S**it pax perpetua, firma & sincera amicitia inter Serenissimum ac Potentissimum Principem ac Dominum, Dominum CAROLUM XII, Dei gratia Svecorum, Gothorum Vandalorumque Regem; Magnum Principem Finlandiæ; Ducem Scaniæ, Esthoniæ, Livoniæ, Careliæ, Bremæ, Verdæ, Stettini, Pomeraniæ, Cassubiæ & Vandalia; Principem Rugiæ; Dominum Ingridiæ, & Wislariæ; nec non Comitem Palatinum Rheni; Bavariæ, Juliaci, Cliviæ & Montium Ducem &c. &c. Ejusque Successores ac posteros Reges, Regnum Sveciæ, & subjectas illi Regiones ac Provincias: nec non fœderatum Sacræ Regiæ Majestatis Sveciæ, Serenissimum ac Potentissimum Principem ac Dominum, Dominum STANISLAUM I<sup>m</sup>, Dei gratia Regem Poloniæ, Magnum Ducem Lithuania, Rusiæ, Prusiiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kyoviiæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czernicoviæque &c. &c. Ejusque Successores ac posteros Re-

**S**oll ein immerwehrender beständiger Friede und aufrichtige Freundschaft seyn zwischen dem Durchleuchtigst- und Großmächtigsten Fürsten und Herrn/ Herrn CAROLUM XII. von Gottes Gnaden / der Schweden/ Gothen und Wenden König / Großfürsten in Finland/ Herzogen in Schonen/ Esthen/ Liefland/ Carelen/ Bremen/ Behrden/ Stettin/ Pommern/ der Casubien und Wenden/ Fürsten zu Rügen/ Herrn über Ingermanland und Wislmar / wie auch Pfalz = Grafen bey Rhein/in Bayern/ zu Jülich/ Cleve und Berg Herzogen &c. &c. samt dessen nachkommenden Königen in Schweden/wie auch allen Derselben unterthänigen Reichen und Landen: Ingleichen Sr. Königl. Majest. in Schweden Bunds-Verwandten/ Dem Durchl. und Großmächtigsten Fürsten und Herrn / Herrn STANISLAUM I. von Gottes Gnaden/ König in Pohlen / Groß-Herzog in Litthauen/ zu Neussen/ in Preussen/ Mazovien/ Samogitien/ Kyovien/ Vollhynien/ Podolien / Podlachen / Liefland/ Smolensciem / Severien und Schernicobien &c. &c. Samt Dessen Nachfolgern/denen künfftigen Königen in Polen und Groß-Herzogen in Litthauen / wie auch Dero unterthänigen Reichen und Ländern/an einem: Und Dem Durchl. Großmächtigsten Fürsten und Herrn/ Hrn. FRIDERICUM AUGUSTUM, von Gottes Gnaden König / Herzog zu Sachsen/Jülich/Cleve und Berg/ auch Engern und Westphalen/ des H. Röm. Reichs

ges Poloniz, magnosque Duces Lithuaniz, atque subjectas illis regiones ac Provincias, ab una parte: & ab altera inter Serenissimum ac Potentissimum Principem ac Dominum, Dominum FRIDERICUM AUGUSTUM, Dei gratia Regem, Ducem hæreditarium Saxoniz, Sær. Rom. Imperii Archi-Mareschalum & Electorem, Landgravium Thuringiz, Marchionem Misnia, nec non superioris & inferioris Lusatz, Burggravium Magdeburgensem &c. &c. Ejusque hæredes ac successores: adeo, ut, omissa omni hostilitate, altera pars alteri nihil damni, clam aut palam, directe aut indirecte, inferat, aut per suos aliosve inferri faciat; nihil moliat in alterius partis diminutionem & incommodum; non hostibus alterius, sub quocunque prætextu, auxilia præstet; nec fœdera cum aliis, huic pacificationi adversa, feriat: sed obstricta sit utraque pars ea posthac quærere ac agere, quæ alteri honori sint atque emolumento, fidamque vicinitatem & mutuam amicitiam intereratè colere ac observare.

ART. II.

Sit damnorum quoque omnium, quæ utraque pars pacifcentium, occasione hujus belli, passa est, æterna oblivio: Neutri partium liceat, ea, quæ ante acta sunt, exprobrare, aut viâ facti, vel specie juris, persequi; nec ob sumus huic bello impensos, damnaque

Reichs Erzh-Marschalln und Churfürsten / Landgrafen in Thüringen / Marggrafen zu Meissen / auch Ober- und Nieder-Lausitz / Burggrafen zu Magdeburg/2c. 2c. Nebenst Dessen Erben und Nachkommen andern Theils / so gar / daß / nach nunmehr beygelegten allen Feindseligkeiten / kein Theil dem andern / weder heimlich noch öffentlich / weder vor sich und unmittelbar noch durch andere und mittelbarer Weise / ferner das geringste Leid oder Schaden zufügen / oder zufügen lassen / vielweniger ein Theil zu des andern Schaden und Abbruch etwas sich unterfangen / noch dessen Feinden auff einigerley Weise Hülffe leisten / am allerwenigsten aber / diesem Friedens-Schluss zuwider / mit denenselben sich in einige Bündnisse einlassen solle; Sondern es ist ein jeglicher unter ihnen verbunden / hinkünftig des andern Ehre / Nutzen und Bestes zu suchen und zu befördern / getreue Nachbarschaft und aufrichtige Freundschaft beständig und unverrückt zu pflegen und zu unterhalten.

Der Andere Artikel.

Sollen alle diejenigen Schaden / welche eines oder das andre derer obgemeldeten diesen Frieden-schließenden Theile / bey währendem Krieg erlidten / auff ewig vergessen / und keinem derselben zugelassen seyn / dasjenige / so etwan unter der Kriegs-Zeit vorgegangen / zu antthen oder zu untersuchen / vielweniger die auf diesen Krieg gewendete Kosten und sonst erlidtenen Abbruch / oder dessen Ersetzung / unter keinerley Schein / weder mit

accepta, ab altera satisfactio-  
nem expetere.

§. 1. Privatis nulla compe-  
tat actio ratione eorum, quæ  
tempore belli fisco addicta  
sunt: salvo tamen vigore arti-  
culi sexti, infra sequentis.

ART. III.

Ut radix funesti hujus belli,  
ac inimiciarum omnium pe-  
nitus extirpetur, Serenissi-  
mus Princeps ac Dominus, Do-  
minus FRIDERICUS AUGU-  
STUS, Rex & Elector Saxonix,  
amore pacis ductus, regno Po-  
lonix cedit, omnique juri &  
prætensioni in Poloniam, &  
Magnum Ducatum Lithua-  
nix, provinciasque illis subje-  
ctas, nunc & in posterum re-  
nunciat; Serenissimum vero  
Principem & Dominum, Do-  
minum STANISLAUM I. pro  
Rege Polonix, & Magno Du-  
ce Lithuanix, vero ac legitimo,  
vigore hujus transactionis, so-  
lenniter agnoscit & declarat,  
adeo ut, neque Eo superflite,  
aut post fata Ejus, si ipsi super-  
vixerit, in regnum Polonix,  
Magnum Ducatum Lithuanix,  
subjectasque illis provincias,  
quidquam prætenſurus sit.

§. 1. Conventum autem est,  
ut Serenissimus Rex, & Ele-

mit Gewalt/noch durch Recht/von dem  
andern zu suchen/noch dessen Erstattung  
zu begehren.

§. 1. Keinem Privato, iedoch ohne  
Nachtheil des unten folgenden / denen  
ist Art. VII. zugelassen / dasjenige / was  
bey Kriegs-Zeiten dem fisco heimgefal-  
len / durch Recht wieder zu begehren o-  
der zu suchen.

Der Dritte Artikel.

Und damit dasjenige / was gleichsam  
die Wurzel dieses Jammer-seeligen  
Kriegs und aller bisherigen Feindschafft  
gewesen / gänzlich ausgerottet werden  
möge / so hat der Durchl. Fürst und  
Herr / Herr AUGUSTUS, König und  
Chur-Fürst zu Sachsen/ aus Trieb und  
Liebe zum Frieden / sich des Königreichs  
Pohlen begeben/ auch allen auf Pohlen  
und das Groß-Herzogthum Litthauen/  
wie auch alle dazu gehörigen Landschaf-  
ten habenden Rechten und Ansprüchen/  
vor jezo und künfftig hin/losgesagt/thut  
auch solches hiemit / und erkläret und er-  
kennet hingegen/ in Krafft dieser Hand-  
lung / den Großmächtigen Fürsten und  
Herrn / Hrn. STANISLAUM I. vor ei-  
nen wahren und rechtmäßigen König in  
Pohlen / und Groß-Herzog in Litthau-  
en / dergestalt und also / daß weder bey  
seinem Leben/noch nach dessen Tode/da-  
ferne er denselben erleben würde/ auf sol-  
ches Königreich Pohlen und das Groß-  
Herzogthum Litthauen noch einige da-  
zu gehörige Lande / er ferner einige An-  
forderung oder Ansprüche machen  
wolle.

§. 1. Hierbey ist dieses abgeredet und  
verglichen / daß der Durchl. König und

stor Saxoniae nomen honores-  
que Regis ad dies vitae retineat,  
absque tamen insignibus ac  
titulo Regis Poloniae.

ART. IV.

Spondet insuper Serenissimus Rex & Elector, quod abdicationem hanc, solenni diplomate conscriptam, ordinibus Reipublicae Poloniae notam faciet ac manifestabit: quodque hoc diploma intra sex hebdomadarum spacium, a die conclusi ac subscripti hujus tractatus computandum, in manus Serenissimi Regis Sveciae tradi curabit. Quemadmodum jam nunc & praesenti hac conventionione, eosdem Reipublicae Poloniae ordines, universosque ac singulos Poloniae & Lithuaniae incolas, jurejurando & obsequio, quo adstricti antea fuerant, solvit ac liberat, & in jusjurandum & obsequium Serenissimi Regis STANISLAI I. concedere finit.

S. I. Promittit quoque bona fide, se post hoc tempus nulla cum illis consilia, clam aut palam agitare velle: neminem eorum, qui novi Regis imperium forte aut jam detrectaverit, aut in posterum malitiosè detrectare potuerit, reci-

Churfürst zu Sachsen / jedoch ohne Benennung des Königreichs Pohlen/ oder Führung desselben Wappens / sich des Namens und der Ehre eines Königs auf die Zeit seines Lebens gebrauchen und dieselbe behalten solle.

Der Vierte Artickel.

Über dieses verspricht der Durchl. König und Churfürst/das er diesen Schluß und Lossage oder Aufgebung der Poln. Erone er denen sämtlichen Ständen der Republic Pohlen ordentlich und in Schrifften kund und zu erkennen geben/diese Schrift aber innerhalb sechs Wochen/von dem Tage/da dieses geschlossen und unterzeichnet worden/an zurechnen/dem Durchl. König von Schweden zu handten liefern lassen wolle / wie er denn nunmehr und durch diesen Friedens Schluß dieselben gesamtten Stände der Republic Pohlen / wie auch alle und jede Polnische und Lithauische Einwohner/ von demjenigen Eyd und Gehorsam/womit Sie ihm vorhero verbunden und zugehan gewesen / entbindet und freyspricht / hergegen aber Selbe in die Pflicht und Unterthänigkeit des Durchl. Königs STANISLAI I. übergiebet/gelobet dabey aufrichtig / das von nun an er mit denenselben/weder heimlich noch öffentlich rathschlagen / keinen unter ihnen / der des neuen Königs Macht und Regierung entweder noch nicht angenommen und erkennet/ oder künfftig anzunehmen würde/aufnehmen/dem oder denenselben helfen und Sie schützen/noch etwas sonst / so diesem Schluß entgegen

perere, juvare, aut protegere, nec quidquam cum illis, aliisve quibuscunque tentare aut moliri, quod huic conventioni, & Serenissimo Regi STANISLAO, Reipublicæque Polonæ, fraudi sit atque detrimento.

ART. V.

Pariter omnia fœdera & pacta, quæ cum aliis Principibus ac statibus, contra Serenissimos Reges, Regnaque Sveciæ & Poloniæ, facta habet, præsentis pacificatione abrogat & irrita declarat: inprimis vero illa, quæ cum Czaro Moscoviæ, contra eosdem Reges ac Regna, vel ante bellum hoc, vel durante illo, aniverat.

§. I. Eidem Czaro Moscoviæ non modo nullas post hunc diem suppetias mittet, verum etiam omnes Saxonicæ nationis, qui auxilio ipsi antehac misisti, sub signis Moscoviticis militant, a servicio ejusdem revocabit.

ART. VI.

Simili modo omnia decreta & statuta, quæ vulgo lauda appellantur, præfertim ea, quæ in Varsoviensi Senatus Consilio, in conventu Mariæburgensi, Thorunensi, Elbingensi, Javoroviensi, Sandomiriensi, Cracoviensi, Brestensi, Olchivinsensi, & novissimo Grodnensi, aliisque congressibus, ipsisque comitiis Lublinensibus, quatenus huic pacificationi contraria reperiantur; con-

gegen / oder dem Durchl. König STANISLAO und der Republic Machttheil und Schaden bringen könnte / mit ihnen ansahen oder auff einige Weise verhängen wolle.

Der Fünffte Artickel.

Desgleichen sollen alle Bündnisse und Vergleiche / so mit anderen Fürsten und Ständen / wider die Durchl. Könige und Reiche Pohlen und Schweden / vornehmlich aber dasjenige / was wider diese jetzt genannte Könige und Reiche vor oder bey gegenwärtigem Kriege mit dem Czar von Moscau geschlossen worden / in Krafft dieses Friedens-Schlusses / aufgehoben und vor ungültig erkläret seyn.

§. I. Wie denn der Durchl. König AUGUSTUS nur ermeldtem Czar von Moscau nicht nur ferner kein Volck zu Hülffe senden / sondern auch alle diejenigen von der Sächsl. Nation / so hiebevordahin überlassen worden / und bisanhero unter Moscovitischen Nahmen in Kriegs-Diensten gestanden / von da zurück ruffen wird.

Der Sechste Artickel.

Nicht weniger sollen auch alle Gesetze und Ordnungen / welche der gemeinen Redens-Art nach Lauda (Land-Tags-Schlüsse) genennet werden / vornehmlich aber diejenigen / so in dem Senatus Consilio zu Warschau / in denen Conventen oder Versammlungen zu Marienburg / Thorn / Elbingen / Javorow / Sandomir / Crackau / Brest / Olkiv / und leßlich zu Grodno und anderen Orten

ant.

ficaciones etiam bonorum, & abrogationes dignitatum, decretaque in contumaciam tribunalitia, cæterorumque subfelliorem, quæ post diem 5<sup>to</sup> mensis Febr. anni MDCCIV facta sunt, nunc & in æternum abrogantur.

§. I. Quæ ab eo tempore dignitates ac beneficia, tam Ecclesiastica, quam Secularia à Serenissimo Rege ac Electore in suarum partium homines collata sunt, ea rescindere aut conservare, in potestate ac arbitrio Serenissimi Regis Poloniae esto.

ART. VII.

Diademata Polonica, reliquaue regni Poloniae insignia, ad cultum regalem pertinentia, ut & archiva omnia regni, quæ fortè in Saxoniam asportata sunt, cum omni ornatu ac lapidibus pretiosis, Eidem Serenissimo Regi, ratihabito hoc tractatu, statim extradentur.

ART. VIII.

Serenissimi Principes Regii, Princ. JACOBUS ac CONSTANTINUS, eodem tempore e custodia liberati, in castris Svedicis decenti modo sisten-

angestellt gewesenenen Conventen oder Zusammenkünften/ ja dem Reichs-Tag zu Lublin selbst gemacht worden/ so ferne sie diesem Friedens-Schluss entgegen sind/ aller Einziehung gewisser Güter/ Entsetzungen von Ehren und Aemtern/ seither dem 5<sup>ten</sup> Febr. 1704. wider Ungehorsame ergangene Verordnungen/ nun und zu ewigen Zeiten aufgehoben und abgeschafft seyn.

§. I. Ingleichen diejenigen Ehren-Aemter/ und so wohl geistlich als weltliche Einkünfte/ so von dem Durchl. Könige und Chur-Fürsten denen Seinigen verliehen worden/ sollen dem Durchl. König in Pohlen/ dieselben in solchem Stande zu lassen/ und diejenigen Besitzer dabey zu erhalten/ oder solche andern zu übergeben/ zu freyer Macht und Willführ überlassen seyn.

Der Siebende Artickel.

Die Polnische Krone und andere zum Königl. Schmuck des Königlich Pohlen gehörigen Kleinodien/ wie auch alle des Königlich Reichs Acta und Urkunden/ so etwan nach Sachsen gebracht worden seyn möchten/ sollen/ mit allem Zierath und Edelsteinen/ alsobald nach Ratihabition dieses Vergleichs nur gemeldtem Durchl. Könige ausgeantwortet werden.

Der Achte Artickel.

Zu gleicher Zeit sollen auch die Durchlauchtigsten Königl. Prinzen/ Prinz JACOBUS und Prinz CONSTANTINUS, wenn sie vorher/ das sie ins künftige weder die bisher erdultete Verwahrung/ noch was Sie sonst bey wäherndem

tur: qui iusto antea diplomate cavebunt de non offendendo aut vindicando in posterum, quæ tempore belli aut detentionis toleraverant.

§. 1. Serenissimus autem Rex & Elector promittit, se Serenissimo Principi JACOBO, vigore dati chirographi, debitam pecuniæ summam soluturum, iussurumque, ut absque ulla tergiversatione ad liquidum illa deducatur.

ART. IX.

Similiter omnes Poloni ac Lithuani, qui in Saxoniam abducti sunt, ibique vel alibi locorum, iussu Serenissimi Regis ac Electoris, captivi detinentur, cujuscunque sortis sint ac conditionis, pristinae restituentur libertati. Promittit etiam Serenissimus Rex & Elector, se officia apud Pontificem Romanum interpositurum, ut Episcopus Posnaniensis quam primum dimittatur.

ART. X.

Sic quoque omnes Sveci, qui hoc bello capti sunt, & in custodia Saxonica ubicunque locorum asservantur, cujuscunque fuerint gradus ac conditionis, ratihabitione facta, absque ly-

dem Kriege erlidten/rächen/ oder iemands deswegen Leids zufügen wollen / genugsame und schriftliche Versicherung von Sich gegeben / aus ihrer bisherigen Verwahrung gelassen / in völlige Freyheit gesezet / und gebührender massen in das Königl. Schwedische Lager gestellet werden; Doch verspricht der Durchlauchtigste König und Churfürst/ daß er dem Durchl. Prinzen JACOBO die / vermöge gegebener Handschrift/ schuldige Summa Gelds / nach richtig gemachten liquido, ohne Ausflucht bezahlen wolle.

Der Neundte Artikel.

Gleichergestalt sollen auch allen Pohlen und Litthauern / wes Stands und Bürden sie seyen / welche nach Sachsen gebracht und daselbst / oder anderswo auff des Durchl. Königs und Churfürsten Befehl gefangen gehalten werden / ihre vorige Freyheit gegeben/ und sie auff freyen Fuß gestellet werden/ wobey der Durchl. König und Churfürst versichert/bey dem Röm. Pabst/ daß der Bischoff von Posen ehestens in Freyheit gesezet werde/alle mögliche Dienste anzuwenden.

Der Zehende Artikel.

Also sollen alle Schweden / wes Stands und Ehren Sie seyen/ so in diesem Kriege gefangen und bis anhero in Sächs. Verwahrung gehalten worden/ nach Bestätigung dieses Friedens / ohne Lösegeld erlassen werden / gleichwie auch Se. Durchl. Königl. Majest. aus

B

Schwe-

tro dimittentur. Quemadmodum Sacra Regia Majestas Sveciæ totidem Saxonica nationis, & præterea omnes belli duces, ordinumque ductores, eodem tempore, & absque lytro, dimissura est: reliquos vero gregarios, haud aliter ac eos, quos suo dudum adactus habet sacramento, ad beneplacitum detinere, militiaeque suæ adscribere, fas esto.

§. Qui officialium utriusque partis, durante captivitate, æs alienum contraxerant, antequam liberabuntur, illud solvere, aut vadimonium præstare tenentur.

### ART. XI.

Extradentur Sæ. Ræ. Majestati Sveciæ omnes transfugæ ac proditores, qui in Saxonia reperiantur, sive Sveci fuerint, sive ex provinciis Svedicis oriundi; interque eos nominatim Johannes Reinholdus Patkul, qui donec dedatur, in arcâ continebitur custodia.

### ART. XII.

Milites præterea Moscovitæ, quotquot in Saxonia Electorali supersunt, ut captivi, in potestatem Sacræ Regiæ Majestatis Sveciæ tradentur.

### ART. XIII.

Quæcunque signa militaria, vexilla, tympana, tormenta bellica, atque ejusmodi reperiantur, quæ Svecis adempta

Schweden so viel Gefangene von der Sächs. Nation/ und überdieses alle Generals und Ober-Officers / zu solcher Zeit / ohne Ranzion erlassen wird / die übrigen gemeinen Soldaten aber mögen Selbe auf Art und Weise / wie ihre eigene geworbene / und Jhro mit Eyd verbundene Leute nach eigenem Gefallen behalten / und unter Dero Armee nehmen.

§. I. Welcher von beyderseitigen Officirern unter wählender Gefangenschaft Schulden gemacht / oder Geld aufgenommen / derselbe ist verbunden / solches vor erlangter Freiheit zu bezahlen / oder deswegen Bürgen zuverschaffen.

### Der Fünfte Artikel.

Der Durchl. Königl. Mäjest. aus Schweden sollen alle Flüchtige und Verräther / sie seyn gebohrne Schweden / oder aus Schwedischen Landen gebürtig / so viel deren in Sachsen befindlich / und unter denenselben vornehmlich Johann Reinhold Patkul / welcher jedoch bis zur Auslieferung in sicherer Verwahrung gehalten wird / ausgeliefert werden.

### Der Zwölffte Artikel.

Im übrigen sollen alle Moscoviter / so viel deren im Churfürstenthum Sachsen noch übrig / in Er. Durchl. Königl. Maj. Gewalt überliefert werden.

### Der Dreyzehende Artikel.

Alle Kriegs-Zeichen / Fahnen / Pauken / Stücken / und was dergleichen (so denen Schweden abgenommen worden) sich sonst finden möchte / und als Siegs-



sunt, & trophæorum instar esse possunt, ea omnia conquirentur, & Sacræ Regiæ Majestati Sveciæ, absque ullo detentionis titulo, restituentur.

ART. XIV.

Quoniam tribuno Görtzio, quem in fidem Sa. Ra. Majestas Sveciæ accepit, absenti, & indicta causa, gravis supplicii nota inflicta est, hac penitus abolita, pristino honori atque existimationi idem restituetur.

ART. XV.

Cum propter distantiam locorum longius videatur requiri tempus, antequam pacificatio hæc rati haberi, ac sponsones infra nominandæ obtineri queant, Sacræ Regiæ Majestati Sveciæ integrum erit, copias suas per totum Electoratum, ejusque provincias, in hybernis collocare, ibique commearum ac stipendia pro iisdem colligere; Interea copiis Sacræ Regiæ Majestatis & Electoralis Serenitatis, quæ in Saxonia remanserant, certi attribuendi sunt districtus, quibus pro sua sustentatione tuto ac quiete frui possint. Quæ vero earum in regno Poloniae degunt, tam-

Siegs-Zeichen zugebrauchen sind/ sollen ingesamt zusammen gebracht/ und Er. Durchl. Königl. Majest. aus Schweden/ ohne einigen Hinterhalt/ unter was Vorwand es auch seyn solte/ ausgeantwortet werden.

Der Vierzehende Artikel.

Und weiln dem Obristen Görtz/ welchen Se. Durchl. Königl. Majest. von Schweden in Dienst und Pflicht genommen/ bey seinem Abwesen und ungehörter Sache/ eine harte Straffe zuekandt und angethan worden/ so soll selbige gänzlich auffgehoben/ und er in vorrige Ehre und Würde wiederum gesetzt werden.

Der Funffzehende Artikel.

Nachdem auch/ wegen Entlegenheit derer Orte/ die Genehmhaltung dieses Friedens-Schlusses/ samt denen unten bemeldten Guarantien/ binnen der gesetzten Zeit nicht zuerhalten seyn möchten/ soll Er. geheiligten Königl. Majest. aus Schweden frey stehen/ Dero Kriegs-Völcker in dem ganzen Churfürstenthum Sachsen und dessen zugehörigen Landen in die Winter-Quartiere zuvertheilen/ und daselbst so wohl ihren Unterhalt als Sold zu erheben/ da indessen Er. geheiligten Königl. Maj. und Churfürstl. Durchl. Kriegs-Völcker/ welche in Sachsen verblieben/ gewisse Creyße oder Bezircke/ in denen sie ihren Unterhalt und sichere Ruhe genießen können/ angewiesen werden sollen. Diejenigen aber/ so annoch in Pohlen sind/ sollen auf eine unnachtheilige Art alda/ und zwar in denen von denen Schwedischen

diu illic sine noxa commorabuntur ac sustentabuntur, & quidem in regione à Svedicis stationibus remota, donec educto e Saxonia milite Sveco, ad patrias remigrare sedes possint

ART. XVI.

Eodem tempore urbes ac arces Cracoviensis ac Tychofinensis, & si quæ alia loca munita præfidiis Saxonice insidentur, evacuabuntur, iisque, quos Sacra Regia Majestas Poloniæ ad hoc nominaverit ac constituerit, cum tormentis cunctis & apparatu bellico, quæ in illis hoc inveniuntur tempore, tradentur.

ART. XVII.

Et cum Lipsia, cum adjacente arce tradita, Vitemberga quoque præsidium recipiat Svedicum, quoad leges hujus fœderis impletæ fuerint, & executioni datæ, conventum est, ut, iis impletis ac executioni datis, urbes hæ atque arces, præsidio Svedico liberatæ, in priorem statum integrè restituantur, & exercitus Svedicus ad certam diem finibus exeat Saxoniæ.

ART. XIIX.

Cessabunt autem omnes hostilitates in Saxoniâ & provinciis Electoralibus, induciæque in earum locum succedent & bona fide servabuntur, ab eo die, quo

Gränzen gnugsam entlegenen Provinzen so lange stehen und ihren Unterhalt genießen / bis sie nach dem Abzuge der Schwedischen Militz aus Sachsen wieder in dieses ihr Vaterland zurücke gehen können.

Der Sechzehende Artikel.

Eben zu solcher Zeit sollen auch die Städte und Schlöffer zu Crackau / und Tykojen / samt andern verwahrten und mit Sächf. Völkern belegten und denjenigen Plätzen / welche Se. Kön. Maj. in Pohlen annoch nahmbafft machen / und anzeigen wird / ihrer Besatzung entnommen / und derselben mit allen zu der Zeit darinnen befindlichen Stücken und andern Kriegs-Zeuge übergeben und eingeräumet werden.

Der Siebenzehende Artikel.

Diemeil auch die Stadt Leipzig samt dem daran gelegenen und übergebenen Schloß / ingleichen Wittenberg / Schwedische Besatzung eingenommen / so ist verglichen / daß dieselben / so bald denen Puncten dieser Bündnüß und deren Inhalt ein Gnügen geleistet seyn wird / von gedachter Schwedischen Besatzung befreyet und vollkömmlich in vorigen Stand gesetzt / auch so dann die ganze Schwedische Armee auf einen gewissen Tag von denen Sächf. Landen und Gränzen abgeföhret werden solle.

Der Achtzehende Artikel.

Alle Feindseligkeiten in Sachsen und denen Chursl. Landen sollen alsobald von der Zeit an / da dieser Bund oder Friede von beyderseits verordneten Commissarien geschlossen und unterschrieben seyn

fœdus hoc a constitutis utriusque partis paciscentium Commissariis conclusum fuerit ac signatum: In Polonia vero ac Lithuania, quam primum notitia factæ pacis ad exercitum utriusque partis pervenire possit Ad quam perferendam X XIV. dierum spatium utrinque constituitur.

ART. XIX.

Inter Serenissimum Regem Sveciæ, & Serenissimum Regem, & Electorem Saxonix, peculiari hoc pacto transcriptum est, ut ambo, tanquam membra Imperii Romano-Germanici, Religionem, pace Westphalica stabilitam, firmiter tueantur, inque cæteris Imperii negociis consilia jungant socientque: Et quò ordines incolæque Saxonix & Lusatix de illibato religionis Evangelicæ usu reddantur confirmatores, ad instantiam Sacræ Regiæ Majestatis Sveciæ, tanquam sponsoris ejusdem pacis, promittit Sacra Regiæ Majestas & Electoralis Serenitas, pro se suisque posteris Electoribus Saxonix, nullam unquam religionis Evangelicæ mutationem in dictis regionibus admittendam aut introducendam, neque permittendum, ut templâ, scholâ, Academiæ, collegia vel monasteria, aut loca ad ea extruenda,

seyh wird/ in Pohlen und Littauen hin gegen/ so bald die Nachricht dieses getroffenen Friedens zu beyderseitigen Armeen/wozu eine Zeit von 24 Tagen hienit verordnet ist/wird gelangen können/ aufhören/ statt deren aber ein vollkommener Stillstand erfolgen und treulich gehalten werden.

Der Neunzehende Artickel.

Durch diese gegenwärtige Abhandlung ist zwischen dem Durchl. König aus Schweden und dem Durchl. König und Churfürsten zu Sachsen verglichen/dass Sie beyderseits / als Glieder des Röm. Deutschen Reichs / nach Anleitung des Westphälischen Friedens / die Religion befestigen / und solche / wie sie befestiget / schützen. In denen übrigen das Reich betreffenden Sachen aber mit einander Rath pflegen und sich zusammen thun. Und damit die Stände und Inwohner in Sachsen und Lausitz eines ungekränckten Gebrauchs der Evangelischen Religion genießten / und darinnen um so viel desto mehr gestärcket werden mögen/ so verspricht auff Sr. geheiligten Maj. aus Schweden/als Garant des gedachten Westphälischen Friedens/Ersuchen/ Se. Königl. Maj. und Churfl. Durchl. vor sich und Ihre nachkommende Churfürsten zu Sachsen / daß Sie in nur gedachtem Chur- Fürstenthum und Landen zu keiner Zeit einige Veränderung in der Evangelischen Religion zulassen oder einführen / noch daß einige Kirchen und Schulen/Academische Collegia, Clöster und andere Orter / denen Papistischnen Religions-Verwandten eingeräum

pontificiæ religionis hominibus, inibi  
nunc aut in posterum concedantur.

ART. XX.

Quod si Serenissimus Rex ac Elector  
Saxonæ ob fœdus hoc à Czaro Mosco-  
viæ, aut alio quopiam, bello impetatur,  
Serenissimi Reges Sveciæ ac Poloniæ  
Eidem contra vim aggressoris auxilio  
esse volunt.

S. r. Spondent pariter, cum eode-  
ventum fuerit, ut pax cum Czaro Mosco-  
viæ restauranda sit, in ea pacificatione  
rationem Serenissimi Regis ac Electoris  
esse habendam, ut in iis, quæ jure postu-  
laverit, æqua contingat satisfactio.

ART. XXI.

Quæ hoc tractatu ita constituta,  
promissa ac transacta sunt, non tantum  
Serenissimi Reges ac Principes pa-  
ciscentes inviolabiliter ac sancte pro se  
quisque observabunt, bonaque fide &  
exacte implebunt, in omnibus clausulis  
& fœderis hujus articulis: sed etiam ut  
hæc pax eò firmior ac stabilior sit, in se  
recipit Serenissimus Rex & Elector Sa-  
xonæ, quod earum conventionum,  
quæ hoc tractatu continentur, fidejus-  
sionem a Serenissimo ac Potentis-  
simo Imperatore Romano, a Sere-  
nissima ac Potentissima Regina Ma-  
gnæ Britannæ, ut & Celsis ac Præ-  
potentibus Ordinibus Generalibus fœ-  
derati Belgii, expetere velit, & intra

met werden/ noch ihnen dergleichen auf-  
zubauen oder anzurichten/ weder jeho  
noch fünfftig gestatten wolle.

Der Zwanzigste Artikel.

Daserne auch der Durchl. König  
und Churfürst zu Sachsen wegen dieser  
Bündnuß von dem Czar aus Moscau/  
oder jemand anders mit Krieg angegrif-  
fen würde/ wollen die Durchl. Könige  
aus Pohlen und Schweden Deroselben  
wider solche andringende Gewalt Hülff-  
fe leisten/ S. r. Dabey versprechende/  
daß/ wenn es zu einem Frieden mit dem  
Czar aus Moscau kommen solte/ Sie  
vor den Durchl. König und Churfür-  
sten dergestalt/ daß dessen rechtmäßigen  
Ansprüchen Gnügen geschehen müsse/  
insonderheit Sorge tragen wollen.

Der Ein und zwanzigste Ar-  
tikel.

Alles dasjenige/ so vorher stehet / und  
durch diese Handlung abgeredet und  
verglichen/wollen die darinnen benennet  
und zeithero kriegende Durchl. Könige  
und Fürsten vor sich und die Ihrigen  
nicht alleine heilig und unverlezt halten/  
auch dasselbe in allen Stücken und Pun-  
cten dieses Frieden- & Schlusses und  
Bündnüßes aufs gnaueste und treulich-  
ste erfüllen; sondern es nimmt auch der  
Durchl. König und Churfürst zu Sach-  
sen/ damit dieser Friede desto fester und  
beständiger seyn möge/ auf sich/ den Al-  
lerdurchlauchtigsten und Großmächtig-  
ste Röm. Käyser/ die Durchl. und Groß-  
mächtigste Königin von Groß-Brittan-  
nien/ wie auch die Hochmögenden Her-  
ren General-Staaten derer vereinigten  
Nie

Semestre spatium, a die subscriptionis numerandum, iuxta ac solenni formulâ conscriptam extradere. Sacræ Regiæ Majestati Sveciæ quoque licebit, ultra memoratas potestates, plures hujus tractatus fidejussores, si placuerit, suscipere ac adsciscere.

## ART. XXII.

Denique hæc pacificatio, cujus bina instrumenta confecta sunt, intra sex hebdomatas, a die subscriptionis computandas, optima formulâ a singulis pacificentium rathabebitur; Exemplaria autem, quæ rathabebuntur, a parte Sacræ Regiæ Majestatis Sveciæ & Sacræ Regiæ Majestatis Poloniæ, singula, a parte vero Sacræ Regiæ Majestatis & Electoralis Serenitatis bina conficienda, quæ statuto die ac loco, intra præfatum tempus, per utriusque partis Commissarios commutabuntur. In quorum omnium fidem nos suprâ nominati Commissarii, plena potestate ac mandatis instructi, instrumentum geminum, ejusdem tenoris utrumque, manibus ac sigillis nostris signavimus ac corroboravimus, Quod factum est

